Seneca moralissimus philosophus de quattuor virtutibus cardinalibus. optimo commento illustratus.

[redacted]



[redacted]

Lond 1523

Seneca cordubēsis philosophus vir doctissim⁹
Sotini stoici discipulus Lucani poete patruus Rome claruit tēpo-
re Neronis imperatoris. cuius ⁊ preceptor fuit. Hui⁹ tempore glorio-
si apostoli Petr⁹ ⁊ Paul⁹ Rome predicabant. Fuit aūt Seneca vite honeste. ma-
gne abstinētie ⁊ cōuersationis vrbane ⁊ modici somni Cum igitur Seneca et mul-
ti de domo cesaris ad Paulū cōfluerēt. pre ceteris ipse btō Paulo familiaris erat
ppter diuinā scientiā quā in eo viderat. vt vix se ab eius colloquio tēperare potu-
isset ⁊ quando cū eo ore ad os loqui nō poterat. frequentib⁹ epistolis datis ⁊ acce-
ptis eius amicabili colloquio fruebat̄. Scripta quoq̧ Pauli corā cesare legit ⁊ in
cunctis eū amicabilem reddidit Senatus etiā de Paulo alta sentiebat. Hic Se-
neca continentissime vite fuit. quem beatus hieronymus sctōrū cathologo annu-
merauit. illis epistolis prouocatus que legūtur Pauli ad eum. ⁊ ipsius ad Paulū.
Hic ante bienniū q̄ Petrus ⁊ Paulus a Nerone coronarentur martyrio taliter in-
terfectus est. Ipse enim Nero quadā die respiciens Senecā et verbera que sibi in
pueritia intulerat ad memoriā reducēs infremuit ac tāq̄ iniuriarū vltionē expe-
tere de illo cupiens. Precipitq̧ vt quodcūq̧ genus vellet mortis sibi eligeret Se-
neca ergo quasi suaue genus mortis arbitrās in balneo mori incisionem vtriusq̧
vene brachij elegit. Item Seneca non dicitur quasi se necans. Nam nihil respici-
ens ad malum operatur malum. Seneca autē moralissimus erat quare si seipsum
necasset moralitatē excessisset. sed dicitur quasi senio nens chara. i. vtilia documen-
ta scilicet presentis libri quem in senectute cōposuit Uel si debet exponi p̄tum ad
eius interitū hoc vocabulū Seneca. tunc dicitur quasi seueritate Neronis cadens
nam Nero ipsum interficere volens. permisit vt eligeret sibi mortem. et sic sibi ipsi
elegit emissionem sanguinis cuiuslibet vene in balneo. vt leuiori morte obiret.

Uirtutis specimen. flos morum. formula vite.
Insons ecce necem pro pietate tulit.

¶ Incipit liber Lucii Annei Senece de formula honeste vite/ vel de quattuor virtutibus cardinalibus.

Quattuor virtutũ species multorũ sapientum sententijs diffinite sunt. Quibus animus humanus comptus ad honestatẽ vite possit accedere.

¶ Pro generali noticia presentis libri ista sunt tenenda que cõiter circa initia librorũ dicuntur. Ubi sciendũ q noticia presentis libri morali phie imponit. Et titulus huius libri est. Liber Lucij Annei Senece de formula honeste vite / vel de quattuor virtutibus cardinalibus. Sed intentio est velle tradere librum de quattuor virtutibus cardinalibus. Sed vtilitas est q cognitis his fructuose honestissimeq vnusquisq vitã suã regere possit. Sed de causis est notãdũ. Ubi causa materialis patz ex sequẽtibus. Causa autẽ efficiens nõ multũ curãda est: vt infra patebit de officio prudentis. Nõ te moueat dicẽtis authoritas. Dicitur tñ causa efficiẽs venerabilis Seneca. Sed causa finalis vt ea noticia habita statum presentis vite moribus gratissimis et virtutibus supremis exornare possimus et tandẽ post hanc vitam rõne virtutũ et per earũ merita vitam sempiternã consequi mereamur. ¶ Quattuor virtutũ. &c. Iste liber intitulatur liber Senece de formula honeste vite: de cuius subiecto vtilitate et causis visum est. Uult ergo q tm̃ quattuor virtutes cardinales p sñias phorum sapientũ descripte sunt: quarũ virtutũ affluentia homo adornatus ad honestatẽ vite et humane felicitatis gloriam poterit peruenire.

¶ Harum aũt prima est prudentia. Scda magnanimitas. Tertia cõtinẽtia. Quarta iusticia. Singule igitur harũ his officiis que subtus annexa sunt. honestum ac bene morigeratum efficiunt virum.

¶ Ista est pars in qua autor reddit auditores attentos ponẽdo certũ numerũ virtutum cardinaliũ ad earũ ordinem ostendendũ. Dicit quattuor sunt virtutes cardinales. vt patz infra qa fm Grego. sup Ezechielẽ omel. iij. quattuor virtutes cardinales accipimus dũ earum ordinẽ custodimus. ¶ Nota q iste quattuor virtutes nominantur tribus noibus. Primo eni noiantur principales. Secundo cardinales. Tertio generales. Pricipales ex parte passionũ et operationũ. Sed cardinales dicuntur: qa tota vita humana fm moralitatẽ vnita est in his quattuor virtutibus. Sed generales ideo: quia motus et actus aliarum virtutum participantur a secundarijs virtutibus moralibus respectu cuius dicunt speciales sub annexe. ¶ Singule igitur. Illa est tertia pars phemij. in qua Seneca reddit auditores beniuolos. ostẽdendo vtilitatẽ quattuor virtutũ que studẽde et addiscẽde sunt ideo. qa ipe cũ earum operationibus hoiem honestũ et bene morigeratũ faciunt: vt patz infra. Etiã ideo: quia ille virtutes dicuntur bona anime que maxime bona sunt. x. Ethicorum.

¶ De prudentia.

Quisquis ergo prudẽtiam sequi desideras. tũc recte per rationẽ viuas. et oĩa prius extimas et perpẽdas et dignitatẽ rebus nõ ex opinione multorum: sed natura earundem constituas.

¶ Ista est pars executiua / qua magister prosequitur determinare de diuersis virtutibus. et specialiter primo tractat de prudentia. ponens de eadem diuersas doctrinas sicut patebit in processu. Uult igitur primo quod ille homo qui desiderat imitari prudentiam. talis debet regulariter viuere secundum dictamen recte rationis. sic quod non deficiat a virtutis via. quia ratio semper deprecatur ad optima primo Ethi. Et ideo qui non regulatur actu rationis. imprudenter ducit vitam huius mundi. eo quod talis bestialiter viuit. Unde ex eo quod homo sequitur vsum rationis dicitur esse dignissima creaturarum. Sic econuerso homo non sequens rationem sed sensualitatem peior est bestia.

¶ Nam scire debes quod quedam sunt que videntur esse bona et non sunt et quedam non videntur esse bona et sunt quecunque autem de transitoriis possides non mireris nec magni precii existimes: quia caduca sunt. Nec apud te que habes tanquam aliena seruabis. sed pro te tanquam tua dispenses. et tanquam tuis semper vtere.

¶ Hic author in ista sententia duplicia ponit. Primo namque subdit corrolarium ad emendationem predictorum ibi. Nam scire debes. Dicens quod quedam videntur esse bona secundum estimationem vulgarium. vt sunt bona fortuita. scilicet diuitie et honores que tamen non sunt bona. quia impediunt a summo bono. Et quod quedam videntur esse mala secundum vulgares vt sunt scientia et virtus. que tamen non sunt mala. immo simpliciter bona. Et ideo non debemus inspicere opiniones vulgarium. quia vulgares veritatem non cognoscunt. iuxta dictum Boetii de conso. li. iiii. prosa. iiii. dicens. Nequeunt enim oculos tenebris assuetos ad lucem perspicue veritatis attollere. similesque sunt auibus. quarum intuitum nox illuminat. dies cecat. Secundo subiungit duplicia bona. ibi. Quecunque autem et cetera. Uolens quod quedam sunt bona transitoria. et de his dicit. quod prudens non debet super his mirari. id est magnam curam habere. quia labilia sunt. vt patet per philosophum. iiii. phisi. Omnia que sunt in tempore labuntur et corrumpuntur cum tempore. Alia sunt bona eterna et perpetua et de his dicit. que apud te habes. id est in te. Et de illis dicit Boetius metro primo.

¶ Si igitur prudentiam amplecteris vbique idem eris. Et prout temporis rerumque exigit varietas. ita te accommodes tempori. Nec te in aliquibus mutes. sed potius aptes te. Sicut enim manus que eadem est. et cum in palmam extenditur: et cum in pugnum constringitur.

¶ Hic ponit et tangit stabilitatem prudentis qui in prosperis non extollitur nec in aduersis impatientia turbatur vel conturbatur. Nam secundum philosophum in Ethi. Prudens debet se habere ad modum tetragoni. id est corporis quadrati. Nam sicut corpus quadratum ad quamcunque partem vertitur semper manet idem et firmum. Sic homo prudens quolibet tempore et loco idem et firmus manet absque reprehensione secundum exigentiam temporum et rerum mores suos semper potest immutare. nec in vllo mutatur. sed potius se tempori coaptabit. sicut hic ponit vnam similitudinem. ¶ Sciendum circa litteram quod prudentia sic describitur. Est recta ratio rerum agibilium. sexto ethi. vel sic. Est bonorum et malorum cognitio cum electione vnius. scilicet boni. et cum abiectione alterius. scilicet mali. cum malum non cadat sub electione. Et ergo illa autoritas. inter duo mala minus malum est eligendum. sic debet intelligi si duo mala obiiciuntur. minus est eligendum. maius vero fugiendum.

¶ Prudentis proprium est examinare consilia multorum et non cito facili credulitate ad falsa prolabi.

¶ Hic Seneca ponit vnam conditionem ipsius prudentis. volens quod prudens que

rere debet cōsilia multoꝝ ⁊ nō ex ꝓpria presumptiōe in errorē cadere. Illud idem docuit Aristo. vt dt Valeri⁹ Maximus li. vij. Aristo. cui Callisthenē auditorē suū ad Alexādrū mittēs monuit vt cū eo aut ꝙ rarissime aut ꝙ iocūdissime loqueretur. quin primo salubria cōsilia ageret. q̄a vt ait Bernar. Iudicij est discernere qd liceat vel nō liceat. Consiliū aūt ꝓbare qd expediat. q̄a ad prudentiā hoc pertinet vt dt btūs Thomas in scda s. de. q. xlvij. arti. vj. Ad prudentiā ꝑtinet rōne cōsiliari Et hec cōditio elicitur ex. vj. eticoꝝ. vbi dr. Videt aūt prudētie posse cōsiliari. non q̄dē ad partē. puta ad sanitatē siue fortitudinē sed omino ad totum bene viuere.

¶ De dubijs nō definias. sed suspēsam tene sentētiā Nichil inexpertū affirmes. q2 non omne qd verisimile est statim verū est. sicut ⁊ sepius qd primū incredibile videt nō cōtinue est falsum. Crebro siquidē faciē mendacij veritas retinet. Crebro siquidē mēdaciū sub specie veritatis occultatur. Nā sicut aliquotiēs tristē faciē siue frontē aduersam amic⁹ ⁊ blādā adulator ostēdit. Sic verisimile colorat vt fallat vl surripiat conat

¶ Hic autor ponit aliā cōditionē prudentis q̄ seruari debet in causis incertis. Volens ꝙ prudēs hō non debet diffinire seu notificare dubia. sed ꝓtrahere sententiā donec veritatem experiri poterit. quia vt ait autor quinqꝫ clauiū. Prudētis mos est varias inq̄rere causas. Ut valeat mentē certificare suā. Idcirco nō debet affirmare incognita. quia ex hoc posset in errorē cadere. Et rōnem subiungit. q2 nō oē qd similitudinē veri habet hoc verū est. nec omne qd videtur esse falsum incredibile est quia mendaciū specie veritatis occultatur. ⁊ econuerso. Tullius autor est in paradoxis. cū inquit. Nihil est tā incredibile qd dicēdo nō fiat ꝓbabile. nihil tam horridū tā incultū qd nō resplendescat orōne. Et hoc ostendit hic. Seneca a signo. q̄a sicut interdū amicus ostendit faciē iratā aduersus amicū. attamē hoc non facit ex rancore vel causa odij sed causa correctiōis. q2 ꝓcedit ex bono fundamento cū intrinsecus verus est. licet appareat intrinsecus habere frōtem aduersam. i. inimicitiā. Sed deceptor seu adulator multotiens ostendit faciē amicabilē qd ꝓcedit ex fronte odij. q̄a semꝑ decipit aut decipere querit. Sic verisimile multotiens colorat vt assumat faciē veri. Prudens aūt debet esse cautus ⁊ non facilis ad credendū. q̄a hoc viciosum est. vt dt Ouid. in li. fastorum. Sed nos in vicium credula turba sumus. quasi diceret. ex quo nos cōis populus sumus faciles ad credendum ergo in vicio sumus. prudens autem debet inquirere causas.

¶ Si prudēs esse cupis in futura ꝓspectū intēde. Et q̄ aīo tuo cōtingere pn̄t cuncta ꝑpone. Nihil tibi subitū sit sed totū an̄ ꝯspicias. nā qui prudēs est nō dt ego non putaui quidem hoc fieri. q2 non dubitat. sed expectat. non suspicatur sed cauet.

¶ Postꝙ Seneca in ꝑcedētib⁹ ostēdebat doctrinā quō prudēs nō debeat esse facilis ad credendū. sed debet certitudinaliter indagare veritatē. Iuxta illō Prosperi. Nō pateāt faciles cōctis rumorib⁹ aures. Quod nescire iuuat credere nec liceat. Hic ꝯsequēter cōtinuādo dt. ꝙ prudens debet ꝓspicere ea q̄ futura sunt ⁊ iuxta hoc ordinare negociū suū. Hoc idē vult Ganfredus in poetria noua cū dt Precurrant oculi gressus ꝑ cōsule mēte. Et vires metire tuas. si fortis es aude Grādia. si fragilis humeris impone minora. Que verba nihil aliud ꝑtendūt ꝙ ꝙ sapiens de

bet p̄considerare oculis ⁊ mēte gressus.i.illud qđ aggrediatur.⁊ iuxta vires et virtu
tes ordinare debet. Tulli⁹ autor est in officio li. primo. Magni ingenij est cogita
tione p̄cōstituere ⁊ ordinare q̄ euenire p̄nt. qꝛ vltima raro correspōdent primis. vt
ait Boeti⁹ de disci.scho. in fine. Prima licet q̄ꝙꝫ salua ħāt iudicia. vltima tamē al
teri⁹ sapores coinquināmēta manebūt. Infert Seneca in textu ꝙ prudēti nihil subi
tum dꝫ esse. qꝛ multa mala cōtingunt ex cōsilio veloci. vt dꝫ Agelli⁹ in speculo stulto
rū. Rebus in ambiguis quoties fortuna laborat. Cōsiliū preceps nō debet esse ni
mis. Impetus vt memini grauis est male cūcta ministrat. Si male cūcta. ergo nec
vlla bn̄. Iō prudēs hō singula debet sp̄ ꝓspicere ne in malū finē t̄minauerit. Nec di
cat. Ego nō putaui ꝙ hoc ꝯtingere debuit. qꝛ hoc nō ꝑtinet ad prudētiā seu ad pru
dentē. qꝛ prudēs nō dubitat sed expectat bonū. nō opinatur. sed cauet. i. caute agit.

¶ Cuiuscūqꝫ causam facti inq̄re. ⁊ cū initia rerū iuene
ris exit⁹ cogitabis. Scito te in q̄busdā debere ꝑseue
rare q̄ incepisti. Quedā vero nec icipere debes in qui
bus ꝑseuerare noxiū est. Prudēs fallere non vult/nec
falli pōt Boni est viri etiā i morte neminē fallere Opi
niōes tue sint iudicia. Cogitatiōes inutiles ⁊ vanas
velut somnio similes nō in mentē recipias. Quib⁹ si
animus tu⁹ oblectauerit. cū oīa bene disposueris tri
stis remanebis. sed cogitatio tua stabilis ⁊ firma sit si
ue deliberet siue q̄rat siue ꝯtēplet ⁊ nūq̄ recedat a vo

¶ In ista parte autor pōit aliud officiū prudētie. qđ respicit origīnē in actu di. ꝙ tu
prudēs diligēti indagine inq̄rere debes rerū causas ⁊ principia. qꝛ scđm Arist. p̄mo
phy. Tūc vnū q̄dq̄ scire arbitramur cū cās ei⁹ ⁊ p̄ncipia cognoscim⁹ qꝛ scire est rē
per cās cognoscere. vt dꝫ p̄mo poste. Vñ inuestigare cās rerū est ꝓprie prudētis. Te
stis est autor quinqꝫ clauiū. cū dꝫ. Prudentis mos est varias inq̄rere cās. ⁊ Virg. ij.
geor. Felix q̄ potuit rerū cognoscere cās. Ad qđ etiā nos inuitat. Persi. sat. j. dicēs
Discite o miseri ⁊ cās cognoscite rerū. Tūc ibi. Et cū initia. ⁊c̄. Ponit notabile p
quo dꝫ phs. ij. de aīa. Iustū est oīa a fine denoiare. ⁊ Sanfre. Si bn̄ succedūt nō pri
ma sed vltia spectas. A casu describe diē nō solis ab ortu. Et alibi. Qđ cōplere ne
q̄s p̄ncipiare caue. Metrista. Quicq̄d agis prudenter agas ⁊ respice finē qꝛ finis ē
optia causa. ⁊ cui⁹ finis bon⁹ est ip̄m quoqꝫ bonū est. ¶ Scito te in. ⁊c̄. Autor ponit
alia officia prudētie q̄ntū ad ꝑseuerantiā in ope incepto. Sciēdū ꝙ inter opa agen
da in oībus reb⁹ quedā sunt vtilia ⁊ bona. ⁊ incipienda sunt ⁊ ad finem deducen
da. sed alia sunt opa viciosa in quibus non est perseuerandum.

¶ Sermo quoqꝫ tu⁹ nō sit ianis. sed aut suadet/aut
moneat/aut cōsoletur/aut p̄cipiat. Lauda parce/vi
tupa parci⁹. Nā sic̄ rep̄hēsibilis est nimia laudatio ⁊
īmoderata vitupatio Illa siq̄dē adulatiōe ista vo ma
lignitate suspecta ē. Testioniū vitati nō amicicie red
das cū ꝯsideratiōe ꝓmittas sꝫ pleni⁹ q̄ꝫ ꝓmiserꝭ p̄sta.

¶ hic Seneca ponit aliud officiū prudētie qđ respicit sermonē prudentis qualiter
videlicet prudens debet regere suū sermonē di. Sermo prudētis nō dꝫ esse inanis.
Vñ nota ꝙ sermo van⁹ ⁊ inanis dꝫ q̄ ꝓferꝭ sine vtilitate ꝓferētis ⁊ audiētis de quo
hō tenetꝭ reddere rōnē in die nouissimo. Vñ ꝓuerbi. x. Qui moderat labia sua hic

prudentissimus est. Cui etiã cõcordat Cato di. Uirtutẽ primã puto cõpescere linguam. Sed ibi. Lauda parce. &c. ponit tria officia prudentis per ordinem. Et vult q prudens homo laudet aliquem parce & moderate: vt patet in textu.

¶ Si prudẽs es animus tu⁹ tribus dispẽset tpibus presentia ordina/futura prouide/preterita recordare Nam qui nihil de preteritis cogitat vitã perdit: q de futuro non meditatur fatuus obliuiosus appellatur & in oia incaut⁹ incidit. Preponas igit in aio tuo futura bona & mala: vt illa sustinere possis & ita moderare

¶ Hic ponit aliud officiũ prudẽtie respiciẽs quẽlibet hoiem volentẽ esse tutũ & securũ. Et facit duo. Primo ponit modu in quo decet hoiem esse circũspectũ et prouidũ. Scdo eiusdem modi causam subiungit ibi. Nã qui nihil. &c. Quantũ ad pmũ vult autor q qui vult esse prudens ille debet animũ suũ limitare trib⁹ differentijs tpm. Debet eni pmo ordinare non solũ ad suã vtilitatẽ: sed etiã ad alioꝝ psentias. Scdo cauta cõsideratione preuidere debet ea que sunt futura. Tertio cautior existat psentib⁹ & futuris. Debet ei memorari & retinere ea q pterita sunt Ubi nota q recordatio pteritoꝝ valet nobis ad tria. Primo ad pntis vite conseruationẽ. Secundo ad pntis vite emẽdationẽ: vt dt Ganfred⁹. Tertio ad pntis vite preiagitionẽ & ordinationẽ: nam preteritoꝝ cogitatio vtile prebet ꝯsiliũ in futuris. Tunc ibi. (Preponas igit) Autor ponit aliã cõditionẽ prudẽtie per modũ cõclusionis ex primis habitis volens q prudẽs debet animo suo preponere tam bona q etiã mala. Bona ideo q ipse sapienter moderare possit se non nimiũ extollendo. Mala ideo q ea patienter tolerare possit: se non nimiũ conturbando: qr futura vt inquit Aristo. de regimine principũ. si presciantur leuius tolerantur.

¶ Non semper in actu sis: sed interdũ animo tuo requiẽ dato. Et requies illa plena sit sapientie/studijs & cogitatiõibus bonis. Nam prudens nunq ocio marcet: habet aũt aliqñ animũ remissũ: sed nunq solutũ.

¶ Hic Seneca ponit aliud officiũ prudẽtie volens q nõ semp opz prudentẽ esse in actu. i. in continuis studijs & imaginationib⁹: sed aliqñ aio suo refrigeriũ prestare põt p gaudia solatia & cõuiuia moderata nõ nimia: qr oẽ nimiũ vertit i vitiũ. scdo ethicoꝝ. Et ideo etiã phs. iiij. ethi. capi^o de eutropelia sic dt. Uident aũt ludus et requies hoi in vita esse necessaria. propter hoc etiã Seneca epla. xv. ad Lucillum sic ait. Neq ego iubeo te semp immminere libro: aut pugillarib⁹. dandũ est aliqd interuallũ aio: ita tñ vt nõ resoluatur sed remittat. Sed ibi (Prudẽs eni) Hic subiungit aliud officiũ prudentie volẽs q prudẽs nunq debet esse dat⁹ ocio: qr ocia prauas cogitationes gñant & voluptuosas delectationes. Quare dt Alan⁹ in puerbijs. Subtrahe ligna foco si vis extinguere flammas. Et carnis motus ocia vina dapes. Similiter. Horatius Flaccus. Queritur egistus quare sit factus adulter. In promptu causa est desidiosus erat. Ocia si tollas perire cupidinis arcus. Debet tñ interdũ habere animũ remissum: sed nunq solutũ: qr solutus plenus est pigritia.

¶ Nã tarda accelerat/perplexa expedit/dura mollit temperat aspera/ardua exequatur. Scit eni qua via aggredi debeat sua & singula cito cognoscit/recte & distincte videt cõsilia peritoꝝ: vt ex aptis obscura exti

met ex puis magna/ ex primis remota/ ex ptib' tota

¶ Hic pñter ponit act' ꝛ quedã ops ipi prudẽti annexa/ volens ex q̃ prudẽs ociari nõ debet: vt dictũ est in precedentib': sed actus hic in lrã positus diligẽter dꝫ psequi et exerceri videlꝫ ꝙ tarda et neglecta festinanter impleat / difficilia expediat. ꝛc. vt ptꝫ clare in lrã. Et illoꝝ actuũ subiungit rõnẽ/ ibi. Scit eni. ꝛc. Volens ꝙ prudentis ppriũ est ꝙ sciat quõ ꝛ qualiter ꝛ qua via aliqđ opus aggrediendũ sit nõ facile: singula peritorum consilia considerando/ ex apertis ignota/ ex minimis ardua/ ex proximis longinqua: ꝛ ex partibus tota elucidat.

¶ Nõ te moueat dicentis auctoritas nec q̃s dicit: sed quid dicatur attende. Non eni vt multis: sed quibus placeas cogita. Id quere quod iuenire possis. Id disce quod scire potes. Id pota quod coram bonis ꝛ honestis optari potest. Nec te altiori rei applices in qua stare tibi tremendũ sit ꝛ descendere cauendum.

¶ Postq̃ Seneca ex priorib' dixit quõ prudẽs debeat se hre in ppriis sermonib' et cogitationib': futuroꝝ pmeditationib' / preteritoꝝ recordationib'. Hic pñter docet quõ prudẽs se hre dꝫ ad alioꝝ sermões. s. fidem ꝛ credulitatẽ adhibẽdo. Et ponit sex officia lrã illa prudẽtis. Primũ est ꝙ hõ prudẽs nõ credulitatẽ adhibet sermoni pncipalr ex formositate ipsi' loquẽtis: sꝫ ex vitate sermonis q̃ pfert. Cicero autor est cũ ait. Nõ est credendũ cõsiderandũqꝫ qđ q̃s loqtur: sed illud qđ q̃s sentiat Scđm est ꝙ prudẽs debet querere ea q̃ habere põt ꝛ nõ illa q̃ nõ. Cato. Qđ potes id tenta operis ne pondere pressus. Succũbat labori ꝛ frustra tentata relinquas. Tulli'. Absurdũ est inq̃rere qđ haberi nõ potest. ideo accipiendũ est tñ qđ haberi põt. Tertiũ ꝙ prudens cogitet q̃b' placeat nõ q̃ multis. vñ. Cunctis q̃ placeat nõ credo ꝙ modo viuat. Quartũ ꝙ prudẽs inuestigat illa scire que licita sunt ad sciendũ. Cato. Mitte arcana dei celũqꝫ inquirere q̃d sit. Cũ sis mortalis que sunt mortalia cura. Quintũ ꝙ prudẽs homo debet optare vtilia ꝛ bona. Iuxta dictũ Arist. in de regi princi. Dirige cogitatiões tuas in bonũ. Sextũ ꝙ prudẽs hõ nõ dꝫ se exaltare vltra honorẽ quo dignus nõ est: nec applicare se negocio cui satisfacere nõ potest: ne cũ scandalo recedat a dignitate. Alanus. Arbor que late ramat non firmo stat imo. Cum ramis facili corruit icta notho.

¶ Tunc cõsilia tibi salubria aduoca: cum tibi alludit huius vite prosperitas: tunc te velut in lubrico retinebis aut sistes. Nec tibi dabis liberos ĩpetus: sed circumspicias quo eundem sit vel quousqꝫ.

¶ Hic in fine hui' principale docet Seneca quõ prudẽs si fortunat' fuerit dꝫ implorare ꝯsilia matura sapiẽtiũ vel sui ipsi' ita ꝙ pergat cũ bona deliberatiõe. Nam cũ fortuna mutabilis sit ꝛ variabilis: in ea nulla prosperitas ponẽda est. vñ habetur ex Boe. de ꝯsola. Testis est Ouid. in li. de testib'. Rara q̃dẽ virtus quã nõ fortuna gubernat. Passibus ambiguis fortuna volubilis erat. vñ Ludus fortune variatur imagine lune. Crescit decrescit: in eodẽ sistere nescit. Propterea prudẽs debet vti salubrib' cõsiliis vt meli' vitã ducere possit. Nec existimare se debet liberũ ꝛ habere liberos impetus: sed sp tanq̃ in periculo cõsistere et timere recessus fortune. Et sit quasi ambulans in lubrico. i. in via mala ꝛ lutosa: ꝛ cũ non verax sit; sed semp decipiat hoiem nũc exaltãdo nũc humiliãdo. ideo subdit in lrã. prudens debet circũspicere quo ambulandũ sit. i. quõ ꝛ qualiter ducat vitam suam in bonis fortuitis: cum transitoria sint. Testis est Alanus cum ait. Nunc adest ꝛ abest fugitiui gloria census. Nam prius aduentat post quasi somnus abit.

De magnanimitate.

Magnanimitas vero q̄ & formido dr̄: si insit alo tuo cū magna fiducia viues: liber/alacer & intrepidus. Magnū enī hoīs donū est nō vacillare sȝ sibi cōstare & finē huius vite intrepide expectare.

¶ Hoc est scōm & principale capitulū hui⁹ libri Senece/in quo postq̄ determinauit magr̄ de prudētia & de officijs & de cōditionib⁹ seu ꝓprietatib⁹ eius. hic cōsequēter facit idē de magnanimitate que etiā formido dr̄: & hoc diuersimode: dr̄ enī fortitudo: q̄a scōm eā q̄s fortiter agit: & in negotijs suis fortiter se disponit. Vñ Tul. iiij. li. rheto. Fortitudo est susceptio laboris & periculi cū vtilitatis ratione & cū cōmodoꝝ pensatiōe. Sed magnanimitas dr̄ q̄a magnū animū habet ad tollerandū ardua & aggrediendū terribilia. Sed ibi. Magnū enī. &c̄. Seneca declarat quoddaȝ dictū dicēs. ꝙ magnū donū est hoīem esse magnanimū. s. fm̄ virtutē. vt dr̄. iiij. ethicoꝝ. s. mortē nō timendo. Licet enī mors oīm terribiliū maximū sit: vt dicit philosophus. iij. Ethicoꝝ. tn̄ magnanim⁹ timere non debet: ex quo mors est de bono nature: vt dicit Seneca in li. de reme. fortu.

¶ Si magnanimus fueris nunq̄ iudicabis tibi cōtumeliā fieri de inimico: dices nō nocuit mihi: sed animū nocēdi habuit: & cū illū in potestate tua habueris vindictam putabis vindicare potuisse: scito enī magnum & honestum genus vindicte esse ignoscere.

¶ Hic Seneca tangit vnā speciē fortitudinis seu magnanimitatis q̄ patiētia dicitur. Et primo ponit doctrinā. Scđo subiūgit causam illius. ibi. Scito enī. &c̄. Uult ergo ꝙ homo vere fortis non debet reputare cōtumeliā ab inimico sibi illatā. nec vindictā statim appetere: sed sufficit alicui potuisse nocere: Qr̄ fm̄ Boetiū inimico parcere est opus pietatis. qui a ūt parcit clementiā facit. q̄a fm̄ Tulliū primo rethoricoꝝ. Patientia est honestatis ac vtilitatis causa rerū arduarū & terribilium voluntaria ac diuturna perpessio.

¶ Neminē susurro appetas/neminē suffodias/palā aggredere palmā Nec geras cōflictū nisi pri⁹ indixeris. Nam fraudes & dolos imbecillem decet habere.

¶ In ista parte Seneca ponit vnā aliā speciem magnanimitatis que dr̄ fiducia vl' magnificentia. Et ponit tria documenta. duo negatiua: & vnum affirmatiuum. Et postremo subiungit rationē predictoꝝ. Primum documētum ꝙ magnanimus neminem debet decipere seu circūuenire. Susurrator aūt est detractor qui in occulto est inimicus: & manifeste amicus. Secundum documētum est ꝙ magnanimus in suo sermone nō debet rimari secreta alterius. Iuxta illud Cato. Alterius dictū nec factū carpseris vnq̄. Exemplo simili ne te derideat alter. Testis est salutaris poeta/cum inquit. Nullius arcanum nec amici crimina prodes. Nec ea scruteris que latuisse decet. Tertiū documentuȝ est ꝙ magnanimus in sua victoria manifeste debet apparere. Non in occulto inimicum aggredi: nec debet gerere bella nisi manifeste indixerit prius inimico: vt se preparare possit ad opponendū. Et rationē illi⁹ adiungit. Nam ille non magnanimus est qui querit dolos et fraudes: cū illa faciāt aliquem imbecillem: que vitia opposita sunt magnanimitati & fortitudini.

¶ Eris magnanimꝰ si ꝑicula nō appetas vt temerarius nec formides vt timidꝰ. Nā timidū nil facit animum nisi reprehensibilis vite conscientia.

¶ Hic autor subiungit aliā spēm magnanimitatis in fine huiꝰ capli: q̄ dr̄ ꝑseuerantia dicēs in textu. Vñ bene agere parū ꝓdest si mens labilis extat: Ideo Tul. i primo rheto. describēs ꝑseuerantiā sic ait. Perseuerātia est in ratione bñ cōsiderata stabilis ꝑpetuaqꝫ ꝑmansio. ꝓpterea dicit hic Seneca ꝙ ille vere magnanimus est q̄ nō appetit pericula sicut temerariꝰ: sed aggreditur ea q̄ aggrediēda sunt: qr vt ait Tul. li. primo in tusc. questionibꝰ. Nemo se sine magna spe in mortē offert: ꝛ nō formidet ea q̄ timenda sunt. Rōnē subiūgit. Nā nihil aliud facit mentē timidā nisi ꝯscia vituperabilis vite. ꝛc. Nota ꝙ ille q̄ vult dici magnanimꝰ nō debet esse nimiū audax: nec nimiū timidus: sed seruare modū. Qr virtus moralis cōsistit in medietate: vt dicit phūs. ij. ethi. quare dicit Horatiꝰ. Est modus in rebꝰ sunt certi deniqꝫ fines. Quos vltra citraqꝫ nequit consistere rectū. Vñ in medio virtus cōsistere dr̄: ꝛ qui abstinet a vitijs virtutem colligit ille.

¶ De continentia.

¶ Continētiam vero si diligis: supflua circūcide ꝛ desideria tua in animū cōstringe. Considera tecū quantū natura poscat: ꝛ nō quantū cupiditas expetat.

¶ Istud est caplm tertiū ꝛ principale huiꝰ tractatus in q̄ Seneca postq̄ determinauit de duabꝰ virtutibꝰ cardinalibꝰ. s. prudentia ꝛ magnanimitate. hic ꝯsequenter de tēperantia priusq̄ꝫ de iusticia. Qr iusticia est virtꝰ s̄m quā q̄s bñ se habet ad alios scꝫ ad iustas ꝯuersatiōes cū eis habēdo. Tēperātia aūt est virtꝰ s̄m quā q̄s bñ se hꝫ ad seipm: q̄ etiā ꝯtinētia dr̄. Intēperātia aūt vt Tul. in tusc questi. li. j. placuit: est oīm ꝑturbationū fons: que est a recta rōne defectio. Ipa nāqꝫ corpꝰ exterminat: vitia cōgregat/ hoīm intellectꝰ deprauat/ sensum hebetat/ ꝛ ignominia stulticie deturpat hoīem. Sed tēperātia: vt Tul. j. retho. refert: est rōnis in libidine ꝛ alios nō rectos impetus aīe moderata ꝛ firma dñatio. Iō desiderare debemus tēperantiā et amare. eo ꝙ sine ea recte viuere nō possumꝰ. Propterea dicit Seneca in lr̄a. Tu debes amare cōtinentiā. ¶ Nota ꝙ duplex est desideriū. Quoddam est desideriū qđ ab appetitu intellectiuo oritur: vt quotiēs virtutes ꝛ eternā beatitudinē desideramꝰ: ꝛ illud nō est freno ꝯstringēdū. Aliud est qđ ab appetitu sensitiuo ortū habet: q̄ videlicet mundanas voluptates ꝛ venereas delectationes desideramus: et illud cōstringendū freno temperantie.

¶ Si cōtinēs fueris eo vsqꝫ peruenias vt teipso contentus sis: nā qui sibiipsi satis est cū diuitijs natus est. Impone cōcupiscentie tue frenū. Oia blādimēta que occulta voluptate animū trahūt reiice. Ede citra saturitatem. Cum sobrietate bibe. Uita ebrietatem.

¶ Hic Seneca ponit quattuor officia ad hoīem temperatū spectātia. Quoꝝ pmū est ꝙ homo ꝯtinens nō debet multū desiderare: sed ꝯtentari in his que natura sibi tribuit ꝛ que a natura insunt: qr natura modico cōtenta est. Vñ Cato. Cōmoda nature tibi nullo tempore desunt. Si fueris contentus eo qđ tēpora prebent. Quod etiam intelligitur hic cum dicit. Si ꝯtinens fueris. nā ille qui sibiipsi cōtentus ꝛ satis est: cum diuitijs natus est. Ex illo elicitur/ ꝙ ille diues est qui contentatur in his que habet. Unde Eneas in epistolis dicit. Non enim ille pauper est qui parum

habet sed q̄ plus cupit. ¶ Secundū. Si vis vocari tēperat⁹ tūc refrenare debes tua
desideria ⁊ amouere voluptates corporales que vim rationis ipsius et intellectus
absorbent. Vñ Uirg. i Buco. Trahit sua quēq3 voluptas. Ex ipsis enī nihil boni oritᷓ
q2 hoīes a sapientia retrahūt. iuxta illud Hieronimi. Studio insistere nō possum⁹
sup habūdantiā in mēte cogitātes. ¶ Tertiū: si vis dici tpat⁹ comede citra saturi-
tatē: sed cū mēsura. ⁊ bibe vt nō cōmittas ebrietatē. vñ Gāfred⁹ i poetria noua. Qñ
famē reficis dapib⁹ nō sis ita plen⁹ q̄ nihil apponi queat ampli⁹. Et subdit. nō tm̄
q̄ntū possis: sed q̄ntū ꝓdest. Vñ etiā phs in de secretis secretoꝝ ad Alexandrū sic ait
Si vis esse sanus nunq3 ede ad saturitatē: neq3 bibe ad ebrietatem.

¶ Obserua te ne in conuiuio vel in qualibet vite cōi-
tate imitaberis: quos dānare videaris. Nec p̄ntib⁹
delitijs inherebis. nec desiderabis absentes. Uictus
tibi ex facili sit nō ad voluptatē sed ad cibū accede. pa
latū tuū fames excitet nō sapores. Desideria tua par
uo redime. Si ad naturā viuis nunq̄ eris paup. Si
alicui sua nō videtur amplissima. si toti⁹ mūdi domi-
nus sit miser est. Qui cū paupⁱtate bñ cōuenit diues
iudicetur: q̄a hoc tm̄ curare debes vt non desināt. at-
q3 ita quasi ad exemplar diuinū cōpositus. a corpe ad
spūm q̄ntū potes adducere te festina.

¶ Hic Seneca ponit documēta ad hoīem tpatū spectātia. Primū: si vis dici tpat⁹
tūc serua illud in q̄libet societate ne dānes illos q̄s imitaris: sed poti⁹ sit p oculis di-
ctum Catonis. Iudiciū ppl'i nūq3 ꝯtēpseris vn⁹. Nec nulli placeas dū vis cōtēnere
multos. Et rō est: q2 q̄ alios vilipēdit sibi ip̄i vitupiū acq̄rit. Sed quō dz se habere
patet in istis metris. Si fore vis sapiēs tu serua q̄ tibi mādo. Quid dicas: vel cui:
cur: quō: q̄ñ. Scdo q̄ tu ꝯtinēs nō debes inherere voluptatib⁹ p̄sentib⁹. nec etiā de-
siderare absentes delectatiōes. q2 incōtinentiā generāt. Seneca in ep'la ad Lucil-
liū. xxiij. inq̄t. Ipe voluptates in tormenta vertūtur. epule crudelitatē afferūt ebrie
tates neruoꝝ torporē tremorēq3: libidines: manuū ⁊ articuloꝝ oīm deprauationē
Ideo Uale. li. vij. de Aristotele loquitur. Ultissimū p̄ceptū q̄ voluptates abeūtes
cōsiderem⁹. Teꝛtiū documentū q̄ debes esse modesti⁹: q2 vict⁹ moderat⁹ honestatē
corpis ⁊ aīe sanitatē ꝯseruat. Ideo ex modico debet esse victi⁹. Tul. in parador. Cū
tibi de⁹ vel m̄r oīm natura dedit aīm. nihil p̄stanti⁹ nihil p̄ciosius si recte cogitatur
Turpe ergo est si te ita prosternas vt nihil inter te ⁊ pecudē esse putas. Quartū do-
cumentū q̄ tuū desideriū dz esse in paruo. hoc est debes esse ꝯtētus in modico. ⁊ nō
nimiā curā gere sup res tpales. eo q̄ caduce sunt ⁊ tpales ⁊ transitorie.

¶ Si cōtinentie studes insudare nō habita amene s3
salubriter. Nec dñi3 velis esse notū a domo: sed domū
a dño. Nō tibi ascribas que non feceris: nec maior q̄
es videri velis ⁊ hoc magis obserua. Nec paupertas
sit tibi imūda: nec parcimonia sordida nec siplicitas
neglecta. nec leuitas languida. Et si res exigue sint:
nō tñ sit angustie nec tua defleas: nec aliena mireris

¶ Hic autor ponit alia officia cõtinētie ad hoīem tēpatū ptinētia. quoꝝ primū est ꝙ homo cõtinens nõ debet habere amenas habitatiões sed vtiles ⁊ salubres nec velit esse notus a domo. sed potius domū ab eo. Vñ Tul. in li. ij. officioꝝ. Ornanda vtiqꝫ domus est vt non ab ipsa domo dignitas sed a dño habeatur. Scdm officium est. cõtinens nõ debet sibi vsurpare q̄ nõ fecerit. nec desiderare dignior videri quā est. Vñ Ganfred⁹ in poetria sua. Nõ te magnifices nec te sup ethera ponas. In hoc aūt repħendit autor duo vitia que sunt detestāda. Primū est mēdatiū eo ꝙ q̄ hoc fecerit mēdatiū cõmittat. qꝺ fugiendū est. vñ eneas in eplis. Nā veritate nihil cõstantius. mēdatio aūt nihil incõstantius ⁊ instabilius. Scdo reprehēdit vanā gloriā. cū enī inanis sit ⁊ trāsitoria eā cõtinēs fugere debet. ¶ Tertiū officiū ꝙ ipa paupertas non debet sibi esse immunda qa deus eam diligit. vñ Iuue. in satyra. Felices hoīes pauper quos spūs ambit. Illos nūc ad regnū sublime retrahit. ¶ Quartū officiū ꝙ parcimonia cõtinētis nõ debet esse sordida. hoc est abstinētia ꝯtinentis nõ debet esse fetida: quia abstinētia virtus est. Vñ nomē parcimonie siue abstinentie põt accipi dupliciter ſm beatū Thomam in secūda secūde. q. cxlvj. Uno modo secundū ꝙ absolute ciboꝝ subtractionē designat ⁊ hoc modo non designat actū virtutis: sed est quoddā indifferens. Alio mõ secundū ꝙ est regulata ratione. ⁊ illo modo significat habitū vel virtutis actum. Et diffinitur sic est moderata sumptio siue subtractio cibi secundū rationē. Et illa non debet esse sordida: quemadmodū est aliq̄ abstinentia hypocritaꝝ ⁊ auaroꝝ. ⁊c̄. ¶ Quintū officiū est ꝙ cõtinētis simplicitas nõ debet esse neglecta. hoc est humilitas cõtinētis nõ debet esse tarda. Vñ tūc ipa simplicitas ḋr esse neglecta qñ ipa nõ facit bona opa. videlicet qñ qs aliter facit q̄ sua intentio est: vt sua simplicitate decipiat alios. vnde Alanus in prouerbijs. Non teneas aurū totū quod splendet vt aurū. Nec pulchrū pomū quodlibet esse bonum. Nõ est in multis virtus quibus esse videtur. Decipiunt facie lumina nostra suis. ⁊c̄. ¶ Sextū officiū est ꝙ leuitas cõtinentis nõ debet esse languida. hoc est mobilitas animi nõ debet esse infirma seu lesa. Vñ tūc leuitas ḋr infirma seu languida qñ aīus hoīs plus mouetur ad mala hoc est ad operationē rerū temporaliū q̄ ad ea que sursum sunt ¶ Septimū officiū: ꝙ ꝯtinēs nõ debet angustari ppterea qa exigue sibi sunt possessiones. Vñ Cato. Infantem nudū cum te natura creauit. Paupertatis onus patienter ferre memēto. Qr paupꝫtas habens letitiā admixtā tuta est ⁊ secura. Iuxta illud. Paupertas si leta venit tutissima res est. ¶ Octauū officiū ꝙ cõtinēs sua bona amissa nõ debet deflere: qꝛ sunt de dono fortune. vñ Seneca in epla quadā ad Lucillium. Nõ est tutū qꝺ fortuna fecit tuum. quasi diceret: munera fortune sunt valde dubia. Ideo tēperatus nõ debet tristari de amissione rerum temporaliū. ¶ Nonū ꝙ cõtinēs aliena bona nõ multū debet extollere. sicut cõsuetudo hominū est. vñ Ouidius. Fertilior seges alieno est semper in agro. Uicinumqꝫ pecus grandius vber habet.

¶ Si continentiā diligis turpia fugito anteq̄ eueniant. Nec quenq̄ aliū verberes plus q̄ te. Oia tollerabilia preter q̄ turpitudinē crede. A verbis quoqꝫ turpib⁹ abstineto. nā licentia eoꝝ impudicitiam nutrit. Sermões vtiles magis q̄ facetos et affabiles ama ⁊ rectos potius q̄ facundos.

¶ In ista parte autor ponit quinqꝫ officia tēperantie quo ad aliam speciem q̄ modestia dicitur. ¶ Primū officium est ꝙ tu cõtinens debes fugere turpia anteqꝫ eueniant. hoc est non solum effectū sed etiam affectū vitioꝝ cõstringere. ¶ Secundum officiū. tu cõtinens amplius non debes corripere aliū q̄ teipsum pensando illud morale. Gnotosylafton qꝺ latine sonat. cognosce teipm. hoc pri⁹ debes te emēdare

⁊ deinde alium verberare. vñ Cato. Que culpare soles ea tu ne feceris ipse. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Vñ duplex est verberatio. scʒ anime ⁊ corporis. Anime est que se tenet ex parte aie: et de illa loquitur hic magister. Alia est corporis: que se tenet ex parte corporis: ⁊ talis iterũ fugienda est. ¶ Tertiũ officiũ ꝙ tu ꝯtinẽs oia que sunt sustinenda tolerare potes preter turpitudinẽ. Vñ temperatus a virtute tẽperantie virtuosus dr. ergo vitare debet q̃ opposita sunt virtuti ⁊ turpitudo est vitiũ in se turpe igitur est fugienda. ¶ Quartũ officiũ tu cõtinẽs a verbis turpibꝰ debes te abstinere: q̄a ipudicitiã nutriũt. Vñ phus. iiij. Ethi. Unusquisq3 qualis est talia operatur: si ergo bonus ⁊ virtuosus bona operatur: si turpis turpia operatur. ¶ Quintũ officiũ tu ꝯtinẽs diligere debes in sermonibꝰ tuis vtilitatẽ plus q̃ ornatũ. Ratio: q̄a sermones vtiles edificãt intellectũ: sed facundi impediunt inquisitionem veritatis: q̄a potius impediunt veritatem q̃ prouocant. Ideo Vincen. in specu. histo. li. vij. dicit. Turpe ⁊ valde viciosum est inferre sententiam delicatam quia a pluribus intelligi non potest. propterea tu cõtinens debes diligere plus fructuosos sermones q̃ facundos.

¶ Miscebis interdũ seriis iocos sʒ ꝑpatos et sine detrimẽto dignitatis ⁊ verecũdie. Nã reprehẽsibilis est risus si immoderatꝰ fuerit: ⁊ si puerilit effusꝰ: si muliebrit factꝰ odibilẽ facit hoiem risꝰ aut supbꝰ aut clarꝰ aut malignꝰ aut fatuꝰ aut ex alienis malis euocatꝰ

¶ Hic autor ponit aliud officiũ rationis eiusdẽ dicẽs ꝙ tu cõtinẽs debes aliq̄n imponere tue cõtinẽtie iocos ꝓpter solatiũ humane vite: sed moderatos sic ꝙ nõ excedãt honestatẽ. cũ mediũ sit de propria ratione virtutis. vt ptʒ. v. Ethi. qr modus est norma virtutũ. Et risus immoderatus est reprehẽsibilis si fuerit productꝰ pueriliter: vel superbus / aut elatus / aut malignus / aut fatuꝰ / aut euocatus ex alienis malis: q̄a semꝑ talis risus reddit hoiem valde imorigeratũ ⁊ odiosum. Vñ risus dr puerilis q̄n quis solus ridet sine moꝝ maturitate / sine causa / sine oportunitate. vñ moralis. Nõ rideas solus: nã risus vnius orie. Fatuꝰ vel stultꝰ reputatur oibꝰ horis. Et risus dr muliebris q̄n q̄s ridet sine causa legittima: vt mulieres q̃ incitamento lasciuie vel leuitatis ridere solent. Risus dr superbus q̄n quis ridet subsannãdo ⁊ ille generat rancorẽ ⁊ odiũ. vñ Salustius. Odiũ querere extreme demẽtie. i. stulticie est. Risus dr malignus quando quis ridet de malefactis ꝑpetratis. vt prouerbioꝝ. iij. Qui letantur cũ male fecerint cõdẽnantur. Risus dr fatuus quãdo quis semper ridet. vnde. Per risum multum debes cognoscere stultum. Dicitur autem euocatus ex alienis malis q̄n quis ridet in aduersantibus proximi / quem tamen diligere sicut seipsum deberet. ideo peccat contra virtutem charitatis.

¶ Si ergo tẽpꝰ iocos exigit hos quoq3 cũ dignitate sapienter gere: vt te nõ grauet quispiã tanq̃ asperuʒ nec te cõtemnet tanq̃ vilem. Nec sit tibi scurrilitas: sed grata vrbanitas. Sales tue sint sine dẽte. Joci sine vilitate. Risus sine cachino. Vox sine clamore. Incessus sine tumultu. Quies tibi sine desidia erit. Et cũ ab alijs luditur tu scti aliquid honestiq3 tractabis

¶ Hic Seneca cõcludit ꝓpositũ suũ de risibꝰ ⁊ iocis: ostendẽs qualis debeat esse risus ⁊ iocus. Et vult primo ꝙ debet fieri ſm exigentiã tpis: cum oia suũ tempus habeãt: ⁊ suis spacijs trãseãt vniuersa sub celo: vt dicitur ecclesiastes. iij. sic videlicet

q̃ sit virilis ⁊ bonis moribus euocatus: et nõ pueriliter nec muliebriter. deinde excludit vanitatẽ di. q̃ scurrilitas non debet esse in iocos: sed grata vrbanitas. Dicitur eni q̃s scurrilis q̃ vanitatib⁹ ⁊ nequitijs intendit: hincinde currens ad cõgregationes cõuiuia hoim: vt eis possit se ostendere in sua scurrilitate ⁊ nequitia. ¶ Deinde ponit quedã docummẽta di. q̃ tui sales debẽt esse sine dente. hoc est tue rephensiones fieri debẽt sine mordacitate inuidie. Vñ sales dicũtur in plurali nũero vba amara seu reprehensiones Vñ duplex est reprehẽsio. Quedã est causa amicitie. videlicet que procedit a fonte charitatis. quẽadmodũ pater reprehendit filiũ/amicus amicũ. ⁊ illa est laudabilis. Alia est q̃ fit causa odij vel inimicitie: et illã autor hic redarguit: q̃a fit cũ mordacitate. Et tui ioci debent esse sine vilitate: hoc est tue cõuersatiões debẽt esse sine malitia. Et risus tui sine cachinno: hoc est sine subsannatiõe. Vñ cachinnus est risus immoderate effusus. Persius. Sũ petulanti splene cachinno. Et dr a cõ ⁊ hum⁹: ⁊ hoc ꝓpter dẽtes qui videntur albere cachinno in risu. Vox tua debet esse sine clamore: ⁊ incessus tuus ⁊ transit⁹ tu⁹ sine strepitu. Et reqes tua debet esse sine pigritia. vnde Cato. Plus vigila semper ne somno deditus esto. Nã diuturna quies vitijs alimẽta ministrat. Et cũ ab alijs holbus luditur tũc tu semper pertractare debes aliqd honesti negocij ⁊ opis. hoc est q̃ hõ virtuosus nunq̃ debet habere animũ dissolutũ: sed semper se occupare bonis operibus vt dictũ est supra ibi. Non semper in actu sis. ⁊c̃.

¶ Si continens es adulationes euita. sitq̃ tibi tam triste laudari a turpib⁹ q̃ laudari ob turpia. Letior esto quoties displices malis ⁊ maloꝝ de te estimationes prauas ad veram tibi laudationem ascribe.

¶ hic autor ponit alia officia tpantie q̃ ad modestiã reduci possunt in quantũ est species tpantie. Et vult q̃ cõtinẽs debet fugere adulationes hoc est blãdos sermones Sene. autor in li. iij. Qui eni sapiẽs est minime adulationibus credat. Fictis eni sermonib⁹ venant̃ hoies sicut p rhete siue p hamũ capiunt̃ pisces. Fugere ideo debet: q̃ pueria adulatio est vitiu detestabile vt ptz per ei⁹ diffinitionẽ. Adulatio eni est qua quis supra modũ virtutis in cõuersatiõe hoimnimiũ vult cõplacere hominib⁹ in sermonibus vel factis. Ideo Tul. in tusculanis questionibus li. vij. ait. A turba quantũ potes te separa ne adulatorib⁹ latus pbeas: artifices sunt ad capiendũ sapiores. Ideo dicit Sene. q̃ valde detestabile est laudari a turpib⁹: ne qs laudatorib⁹ siĩis videatur: cũ oẽ siĩe suũ diligat siĩe. ⁊ siĩitudo sit cã amicitie. Nec est optanda laus q̃ ab insano ore ꝓcedit. Tanta est eni distantia inter ꝓbos ⁊ improbos quanta est inter virtutẽ et vitiũ: vt dr in Ethi. Ideo debet gaudere vt vituperetur a malis ⁊ ascribere prauas suspitiones ad verã recõmendationem.

¶ Difficillimum opus continentie est assentationes adulatorũ repellere quoꝝ sermones animũ quadam voluptate resoluunt. Nullius per assentationẽ amicitiam merearis. Nec ad tuam ꝓmerẽdam gratiã per hanc ad te aditum aliis pandas.

¶ hic autor subdit alia officia cõtinẽtie. Dicẽs q̃ difficillimũ cõtinẽtie op⁹ est remouere assentatiões adulatoꝝ: cũ quasi naturale sit laudẽ appetere ⁊ nemo i suis negotijs optat vituperium. cum sit de ratione malorum: sicut laus est de ratione bonorum vt dicitur primo Ethicorũ. Et dicit vltra q̃ temperatus amicitiam acquirere non debet per assentationem: q̃a vt dicit Tullius libro tertio rethorices. Assentationes dulcia principia ⁊ iocũda habẽt: exitus aũt amarissimos. Ideo sic acquirere non debet nec admittere alios in suam amicitiam per adulationem.

¶ Nō eris audax nec arrogās. nec pertinax summittes te nec ꝓiicies dignitates grauitate seruata. Ammoneberis libenter ꝛ reprehēderis patienter. Si merito obiurgauerit te aliquis scito ꝙ ꝓfuit. si immerito. scito quia prodesse voluit. Non enim acerba: sed blanda verba timebis.

